

## USUS E VERSU XXIV.

- (1) *Diligendas Deus super omnia: I. præcept.*  
 (2) *Deus in promissis minisque verax & infallibilis.*  
*vid. attributa divina.*  
 (3) *Deus in rependendo justus atque largus.*  
 (4) *Superbia vitium exitiosissimum. I. præcept.*  
 (5) *Ut ut differatur pœna quandoque nimis diu, gravitate tamen pœne compensabitur tarditas.*

## PSALMI XXXII. DISPOSITIO.

*Confessio pia. Remissio peccatorum. Summum bonum hominis,*  
*Remissio, salus.*

**E**xponitur h̄ic I. beatitudo vera, consistens in hominis iustificatione: ubi (1) felicitas: אָשְׁרִי vers. 1. (2) felicitatis efficiens; prævaricationem condonans, peccatum tegens: ib. iniquitatem non imputans, v. 2. (3) Conditio ex parte peccatoris, fides, sincere & absque dolo tum peccata detestans, B tum verbo gratiae innitens, ibid.

II. Confirmatio rei traditæ subjicitur, mentione tum exempli proprii, tum Sanctorum. (1) David spectandus, ut (a) tacens v. 3. adeoque simul ut contabescens, rugiensque indeſinenter, ibid. manum Dei iratam sentiens, v. 4. vigorem amittens: ibid. tum (b) ut sincere confitens, v. 5. ubi partim res detectæ, peccatum, iniqutias, prævaricatio; partim detectio: manifestavi tibi, non operui, confessus sum contra memetipsum Domino:

## PSALMUS

## EXPLICATIO VERSUS I.

**C**hil informans: ) scilicet psalmus eruditione plenus, secundum *Vatablum*, vel, uti Junius reddit, *Ode didascalica*. Alii volunt esse nomen instrumenti musici. Vel nomen harmoniaæ aut certi carminis, ad cuius modulos decantatus hic psalmus; juxta *Vatabl.* Primus hic est psalmus, tali titulo insignitus, quem tamen postea sequuntur alii, inscriptione pari prædicti, nempe *Psalm. XLII, XLIV, XLV, LII, LIII, LIV, LV, LXXIV, LXXVIII, LXXXVIII, LXXXIX, & CXLII.* Et quidem Radix שׁבֵּר profferos ex prudentia habuit successus, in his phil sumitur tum intransitivè, prudens vel intelligens fuit, (ceu latius hoc probatum *Psalm. XIV, 2.*) tum transitivè, intelligentem fecit alium, v. g. *Daniel. XI, 33.* מַשְׁכִּילִי עַזְבֵּר informantes populum, vel participio sensum habente nominis, informatores populi, (item infra vers. 8. אַשְׁכִּילֵךְ instruam te.) Qua ratione etiam talis Psalmorum inscriptio verti posset: *Informator.* vel clarius quoad senium in abstracto, *informatio*; ceu Luther. eine Utersweisung. Atque hujusmodi generis informatorii five didascalici, est etiam psalmus præfens, in quo David vers. 8. ait: אֲשֶׁר־יְהוָה informabo te, nimirum de vera iustificatione, &c. *Muis ad Ps. LV, 1.* ex *Lyrano* addit, Davidem per castigationes eruditum (*Jer. XXXI, 18.*) hujusmodi composuisse Psalmos, quibus deinde erudire etiam voluit alios.

בְּשֻׁרְעָנָה beatitudines reconciliati: ) scilicet sunt; vel beatus est, qui consequitur peccatorum con-

## USUS E VERSU XXV.

(1) *Animositate in adversis opus est vel maxime. Proficiscatur autem non ex temeritate carnali, non ex virium propriarum presumptione. (Matth. XXVI, 23.) sed ex DEI faelis promissis, & fide filiali, &c.*

(2) *Spes fovenda ad extremum usque halitum: I. præcept.*

## PSALMI XXXII. DISPOSITIO.

*Confessio pia. Remissio peccatorum. Summum bonum hominis,*  
*Remissio, salus.*

partim detectionis consequens: condonasti iniquitatem peccati mei: vers. 5. (2) Sancti adducuntur, vers. 6. unusquisque Chasid, beneficiarius DEI, tanquam (a) similiiter ob eandem remissionem supplicans, (b) malorum ingruentium vim evadens, ibid.

III. Adjunctum beatitudinis est (a) securitas in Domino. vers. 7. (b) gaudium liberationis copiosum, ibid. (c) informationis aliorum proficia: vers. 8. cuius summa, reverenter & obsequiose se Deo submittere, ne instar equi &c. vers. 9. ratio: tum impiorum impoenitentium gravis afflictio, vers. 10. tum resipiscentium inque DEO confidentium gratiosa protectio: ibid.

IV. Conclusio, ad gaudium in Domino laudesque debitas cohortans, v. II.

## PSALMUS

## XXXII.

donationem, h. e. iste demum putandus est possidere summum tam hujus, quam futuræ vita bonum, veramque tam corporis, quam animæ felicitatem, qui ab infelicissimo peccatorum onere est liberatus, placatumque in cœlis habet patrem. Vox haec num nomen vel adverbium sit, non latè disceptabimus; repetantur dicta, *Psalm. I, 1.* habet utraque sententia rationes suas non contemendas. Sufficit, quod sensus utrobique redundet idem, beatitudinem nempe tribuendam illi, qui absolutus est coram Deo à criminibus.

בְּשֻׁרְעָנָה absoluti à crimine: ) vel cui condonata est prævaricatio, nimirum in judicio non politico, sed cœlesti, seu coram tribunali ipsius Dei. Verbum נִשְׁאָבָן elevavit, quandoque idem est ac condonauit, vel reatum aut pœnam ab altero offendente vel delinquente abstulit, removit: ceu *Num. XIV, 19.* נִשְׁאָבָן לְעַמּוֹת נִשְׁאָבָן item *Ezech. IV, 5, 6;* נִשְׁאָבָן נִשְׁאָבָן item *Exod. XXXIV, 7.* Num. XIV, 18. *Mich. VII, 18.* נִשְׁאָבָן עַזְנִים &c. Hinc participantium paul נִשְׁאָבָן, quod ponitur *Jes. XXXIII, 24.* & נִשְׁאָבָן (mutato נ in נ, more finitorum נ, p. 70.) condonationem consecutus; quod utrobique ponitur in regimine more scilicet nominum; qua ratione alibi dicitur בְּרִיךְ יְהוָה *Genes. XXIV, 31.* בְּרוּ אֶם *Psalm. XXII, 7.* קָרְבָּנָה שְׁלֵמָה *Ioel. I, 8.* Confer cum hac phrasí absolucionariam illam Nathanis 2. *Sam. XII, 13.* Dominus נִשְׁאָבָן item oppositum נִשְׁאָבָן retinere peccata, *Ioh. XX, 23.*